



*uip*  
*ris.*  
*multe dimidi  
et multe*

PETRI RAMI  
VEROMANDUL.

PROFESSORIS

Regii

GEOMETRIÆ  
LIBRI XXVII.

*Ad CLss.*

ADRIANVM ROMANVM

*Mathematicorum ocellum.*



HANOVIAE

Apud Guilielmum Antonium,

M D C I V.





Clarissimo viro  
ADRIANO R O-  
M A N O M E D I C O  
Cæsareo & Mathemati-  
corum ocello

WILLEBRORDVS SNEL-  
LIVS R. F. S. D.



V M post redivivas é-  
que Cimmeriis tenebris  
( quibus obruta jace-  
bant ) erutas artes , sin-  
gulari quodam D E I  
in nos indignos hominululos beneficio ,  
doctissimus quisq; in id nervos inten-  
dat suos , ut veterum dogmata quâ  
veritati consentanea sunt methodo ,  
eaque quâm brevissima , sic compre-  
hendat , ne qua cuiusquam artis par-  
ticula umbra illis confusa fuisset , cu-

A 2

jus veritas non jam expressa tenetur, quo detrimentū, quod in lingua-  
 rum cognitionem præstantissima &  
 tatis jactura impenditur, resarciant:  
 Nobis sané id vitio ~~veritati~~ non debet, si  
 cl<sup>s</sup>s viri quiq<sup>z</sup>, inter istos primastenes  
 P. R A M I ~~soix~~<sup>xi</sup> ~~elwov~~<sup>elwov</sup> ~~εμεδόδως~~<sup>εμεδόδως</sup> proposi-  
 tam atque à reliquo corpore quasi a-  
 vulsam in usum φιλομαθῶν vulgamus,  
 cuius usus in terra, maris, & orbium  
 cœlestium dimensione iisdem quibus  
 solis radii terminis circumscrabitur.  
 Te autem vir clarissime hic impri-  
 mis appellamus, tibi hoc munus licet  
 ab autore & à te adversus invidorū  
 malevolentiam benemunitum sit, id.  
 eo inscribimus, ut etiam te fautorē  
 eō fidentius malevolorum sermunculos contemnat. Tu enim methodū  
 istam quærem a summo capite arce-  
 sit & in sua membra diducit non so-  
 lum in aliis probasti, sed ipse summa  
 cum laude toties & tam variis libris  
 usur-

usurpasti. Verum enim verò cum li-  
 belli hujus utilitas ad vos omnino, a  
 virges ἀλφησαὶ redundare debeat, cui  
 potius inscribam quām ei unde artis  
 vestræ nostro Belgio surgit bonos?  
 Progredere sane & finito filiolas tuas,  
 mathematicas delicias, τὸν δέ εγγί-  
 ξω Διάγραμμα: illæ enim posteris tuam  
 loquentur famam, & quia ad cælum  
 ipsum aternis accensum flammis fa-  
 cem præferunt, tuo vicissim nomini  
 aternam accendent lucem, & pro-  
 pter istas

κλῖτος γενόμενες  
 ēi βεγγίσιν εξει.

Quod optamus, & vovemus. Va-  
 le vir clarissime, nosq<sup>z</sup>, ut facis, ama.  
 Lugodini Nonis Novembris AN-  
 NO 1602.



## P E T R I R A M I

G E O M E T R I A

L I B E R I.

*De Magnitudine.*

1. Geometria est ars bene metiendi.
2. Gres ad bene metiendum proposita est Magnitudo.
3. Magnitudo est quantitas continua.
4. Continuum est, cuius partes communitermino continentur.
5. Terminus est magnitudinis extre-  
mum e 13. d. i. *Itaq;*  
*Magnitudo infinita & creatur, & continetur, &  
secatur iisdem quibus terminatur.*
6. Punctum est signum in magnitudine  
individuum.
7. Magnitudines symmetræ sunt, quas  
eadem mensura exacte metitur,  
asymmetræ contra. 1. 2. d. 10.
8. Rationales sunt, quarum ratio est ex-  
plicabilis numero datæ mensu-  
ræ, irrationales contra. e. 5. d. 10.
9. Magnitudines congruæ sunt, quarum  
partes applicatæ partibus equalē  
locum occupant. *Itaq;*  
*Magnitudines congruae sunt aequales, 8. ax.*
10. Magnitudines adscriptæ sunt inter-  
se, quam-

## G E O M E T R I A.

7

se, quādo unius termini alterius  
terminis terminantur: quæ in-  
tra est, dicitur inscripta: circum-  
scripta, quæ extra.

## P E T R I R A M I

G E O M E T R I A

L I B E R II.

*De Linea.*

1. Magnitudo est linea aut lineatum.
2. Linea est magnitudo tantū lōga.
3. Lineæ terminus est punctum.
4. Linea est recta vel curva.
5. Linea recta est linea, quæ intra suos  
terminos æqualiter interjacet:  
curva contra. 4. d. i. *Itaq;*  
*Recta est, brevissima intra eosdem terminos.*
6. Linea obliqua tāgitur à recta vel cur-  
va, quando ambæ ita concurrūt,  
ut cōtinuatæ non interficiantur.  
*Itaq;*
7. Linea curva est peripheria aut helix.
8. Peripheria quæ distat æqualiter à  
medio comprehensi spatii.

*Peripheria fit conversio linea altero termino qui-  
escente, altero lineante.*

A 4

P. R A M I

# P E T R I R A M I

## G E O M E T R I A L I B E R I.

*De Magnitudine.*

1. Geometria est ars bene metiendi.
2. Res ad bene metiendum proposita est Magnitudo.
3. Magnitudo est quantitas continua.
4. Continuum est, cuius partes communiter in termino continentur.
5. Terminus est magnitudinis extre-  
mum e 13. d. i. Itaqz
6. Punctum est signum in magnitudine individuum.
7. Magnitudines symmetræ sunt, quas eadem mensura exacte metitur; asymmetræ contra. 1. 2. d. 10.
8. Rationales sunt, quarum ratio est explicabilis numero datæ mensurae, irrationales contra. e. 5. d. 10.
9. Magnitudines congruae sunt, quarum partes applicate partibus equaliter locum occupant. Itaqz
10. Magnitudines adscriptæ sunt inter se, quan-

## G E O M E T R I A.

7

se, quādō unius termini alterius terminis terminantur: quæ intra est, dicitur inscripta: circumscripta, quæ extra.

पूर्वानुसारं प्रस्तुतं द्वयं द्वयं

# P E T R I R A M I

## G E O M E T R I A L I B E R II.

*De Linea.*

1. Magnitudo est linea aut lineatum.
2. Linea est magnitudo tantū lōga.
3. Lineæ terminus est punctum.
4. Linea est recta vel curva.
5. Linea recta est linea, quæ intra suos terminos æqualiter interjacet: curva contra. 4. d. i. Itaqz
6. Linea obliqua tāgitur à recta vel curva, quando ambæ ita concurrūt, ut cōtinuatæ non interfacentur.

Itaqz

Tactus fit unico puncto. e. 13. p. 3.

7. Linea curva est peripheria aut helix.
8. Peripheria quæ distat æqualiter à medio comprehensi spatii.

Itaqz

Peripheria fit conversione linea altero termino quiescente, altero lineante.

A 4

## P. R A M I

9. Helix est quæ distat inæqualiter à medio utcunq; comprehensi spatii.
10. Lineæ inter se rectæ sunt, quarum altera in alteram incidens æqualiter interjacet: obliquæ contra. e. 10. d. 1. Itaq<sub>3</sub>

*Si recta est perpendicularis rectæ, est ab eodem termino & eadem parte singularis. e. 13. p. II.*

11. Lineæ parallelæ sunt, quæ ubique æqualiter distant. e. 35. d. 1.

*Itaq<sub>4</sub>*

1. Parallelæ est ab eodem puncto ad eandem rectam singularis. Et
2. Lineæ eidem parallelæ sunt inter se parallelae. 30. p. I.

पूर्वानुसूताः पश्चानुसूताः

## P E T R I R A M I

### G E O M E T R I A E

### L I B E R III.

#### *De Angulo.*

1. Lineatum est magnitudo plusquā longa.
2. Lineatum est angulus & figura.
3. Angulus est lineatum in communi concursu terminorum.
4. Crura anguli sunt termini comprehendentes angulum.
5. Anguli homogenei sunt anguli cruribus

G E O M E T R I A. 9  
bus & crurum concursu genere iiden.

6. Anguli cruribus congrui sunt & quales. Itaq<sub>5</sub>

1. Si angulus angulo homogenus & equicrurus aquatur basi, est æqualis: & si est æqualis, aquatur basi. ex. 8. & 4 p. I. Et
2. Si æqualis basi est equicrurus, aquatur. Et
3. Si angulus angulo equicrurus est, major basi, est major: & si major, est major basi. e. 25. & 24. p. I.

4. Si æqualis basi est minor interioribus cruribus, est major. Itaq<sub>6</sub>

5. Si dati anguli cruribus ad datum punctum crura homogena aquentur aquâ basi, aquabut angulum dato. e. 23. p. I. & 26. p. II.

7. Angulus est rectus vel obliquus.

8. Rectus cuius crura sunt inter se recta, obliquus contra.

- Anguli recti cruri recti sunt æquales. e. p. I. Itaq<sub>7</sub>
9. Angulus obliquus est obtusus aut acutus.

10. Obtusus est obliquus major recto. 11. d. I.

11. Acutus est obliquus minor recto. 12. d. I.

PETRUS RAMUS: PETRUS RAMUS

## PETRI RAMI

## GEOMETRIÆ

## LIBER IV.

## De figura.

1. Figura est lineatum undiq; terminatum e. i. 4. d. 1.
2. Centrum est punctum in figura medium.
3. Perimeter est comprehensio figuræ.
4. Radius est recta à centro ad perimetrum.
5. Diameter est recta inscripta figuræ per centrum. Itaq;
1. Diametri in eadem figura sunt infinita. Et
2. Centrum figura est in diametro. Et
3. In concursu diameterorum.
6. Altitudo est perpendicularis à vertice figuræ ad basim.
7. Figura ordinata est figura æquiangularis & æquitermina.
8. Figura prima est figura in alias simpliciores figuræ individua.
9. Figura rationalis est quæ comprehenditur à basi & altitudine rationibus inter se: irrationalis cōtra.

Itaq;

Numerus figurae rationalis figuratus dicatur, & numeri unde sit, latera figurati.

10. Figuræ

## GEOMETRIA.

11

10. Figuræ isoperimetrae sunt figuræ æqualis perimetri.
11. Ex isoperimetris homogeneis ordinatus est maior, ex heterogeneis ordinatis terminatus.
12. Si figuræ primæ sunt æquealtæ, sunt ut bases: & contra. Itaq;  
Si sunt in basi æquali, sunt aquales.
13. Si figuræ primæ sunt reciprocæ basi & altitudine, sunt æquales: & cōtra.
14. Figuræ similes sunt figuræ æquian-gulæ, & proportionales cruribus æqualium angulorum.
1. Habent homologos terminos æqualibus angulis subtenso, & aquales si ipsæ sint aquales. Itaq;
2. Similiter sita sunt, quando termini proportionales simili situ respondent. Et
3. Similes eidem, sunt similes inter se. Et
4. Si partibus datae figuræ partes ad datum terminum similes, similiterq; sitæ constituuntur, figura constituetur similis datae similiterque sita.
15. Figuræ similes habent rationem homologorum laterum æquem multiplicatam dimensionibus, & medium proportionale una minus.
1. Si linea recta sint continuæ proportionales unæ plures dimensionibus figurarum similiū ad primam secundam, similiter sitarunt, ut



- prima recta est ad ultimam. sic prima figura  
est ad secundam: & contra. Et
2. Si quatuor rectæ sint proportionales, figurae si-  
miles ad eas similiterque sitæ sunt propor-  
tionales: & contra.
  16. Figuræ compleentes locum sunt æ-  
quiangulæ, que circa idem punctum  
quolibet modo collocatae nihil  
inane relinquunt.
  7. Figura rotunda est ordinata, cuius  
radii omnes æquantur. Itaq;  
 1. Diametri in rotundo bisecantur radiis æquali-  
bus. Et  
 2. Rotunda diametrorum æqualium sunt æqualia.  
e.i.d. 3.

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

## P E T R I   R A M I

### G E O M E T R I A E

### L I B E R V.

*De Lineis & Angulis in plano.*

1. Ineatum est superficies aut corpus.
  2. Superficies est lineatum duntaxat-  
latum. 5.d.1.
  3. Superficiei terminus est linea. 6.d.1.
  4. Superficies est plana vel gibba.
  5. Superficies plana est superficies, quæ  
æqualiter intra suos terminos  
interjacet. e.7.d.1.
- Itaq; licet in plano

¶.A

1. A puncto ad punctum rectam ducere. 1. & 2.  
post. 1. Et
2. Rectam ponere ad datum punctum æquale data:  
& a majore secare æqualem minori. 2.3.p.1.  
Itaq;
- Recta una duæque intersecta sunt in eodem plano.  
e.1. & 2.p.11. Et
3. Data recta peripheriam describere. Itaq;  
Radii ejusdem vel æqualis peripheriae sunt æquales.
6. Si duæ æquales peripheriae à terminis  
æqualium crurum dati anguli re-  
ctilinei ante concurrant, recta à  
concurso ad verticem bisecabit  
angulum. 9.p.1.
7. Si duæ peripheriae æquales à terminis  
datae rectæ utrimq; concurrant,  
recta per cōcursus bisecabit da-  
tam. 10.p.1.
8. Si recta in rectam perpendicularis in-  
sistit, facit angulos deinceps re-  
ctos: & contra. Itaq;
1. Si recta insistit in rectam, æquat deinceps an-  
gulos duobus rectis: & contra. e.13. & 14.p.1.
2. Si duæ rectæ intersecantur, æquant angulos ad  
verticem, & omnes quatuor rectis. 15.p.1. Eo
3. Si rectis rectasectis interiores eadem parte angu-  
li sunt majores duobus rectis, oppositi mino-  
res sunt.
9. Si à dato datæ rectæ infinitæ punto  
duæ partes utrinque secentur æ-  
quales, & à punctis sectionum  
duæ æquales peripheriae concuk-

rant, recta à dato punto in concursum erit perpendicularis super datam. 11.p.1.

10. Si pars, datae rectæ infinitæ secetur à peripheria à dato extra puncto, recta à dicto punto bisecans dictam partem erit perpendicularis super datam. 12.p.1.

11. Si duæ rectæ in eodem planoniusquā concurrunt, sunt parallelæ. e.35. d.1. Itaq;

. Si recta infinita secat alteram e rectis parallelis infinitis, secabit reliquam.

12. Si rectæ rectæ secæ sint parallelæ, æquant angulos interiores eadem parte duobus rectis, & inter se alternos, & exteriorem interiori opposito: & contra. 29.28.27.p.1.

Itaq;

1. Si recta recta conexa faciunt interiores angulos eadē parte minores duobus rectis, eodem continuata concurrent: & contra. Et

2. Recta connexens rectas parallelas est in eorum plano. 7.p.1. Et

3. Si recta à dato punto cum data faciat angulum, anguli factio æquati & alterni crus alterum erit parallelum data rectæ. 31.p.1.

Et

4. Anguli crurum alterne parallelorum sunt aequales. Et

5. Si recta opposita æquantur, parallelæ conterminant parallelas: & contra. e.34.p.1. Et

6. Si

6. Si rectæ conterminant eadem parte aequales & parallelas sunt aequales & parallelæ. 33.p.1.

13. Si lineæ rectæ parallelis pluribus rectis intersecantur, intersegmenta sunt proportionalia: & contra. e.2.p.6. & 17.p.1. Itaq;

1. Si recta cum data faciens angulum basiq; connexa secetur data ratione, parallelæ à segmentorum terminis in finem datae & contingens in ea punctum secabunt datae in data ratione. 9. & 10.p.6. Et

2. Si duæ data rectæ facientes angulum continuentur, prima æqualiter secunda, secunda infinité, parallelæ à terminis primæ continuationis in principium secundæ, & contingens in ea punctum intersecabunt tertiam proportionalem. 11.p.6. Et

3. Si è datis tribus rectis prima tertiaque facientes angulum continuentur, prima æqualiter secunda, tertia infinité, parallelæ à terminis primæ continuationis in principium secundæ, & contingens in ea punctum intersecabunt quartam proportionalem. 12.p.6.



P E T R I R A M I  
G E O M E T R I A E  
L I B E R VI.  
*De Triangulo.*

1. P lana similia habent duplicatam rationem homologorum laterum, & unum proportionale medium. e. 20 p. 6. II. § 18 p. 8.

2. Planum est rectilineum aut curvi lineum.

3. Rectilineum est planum, quod comprehenditur a lineis rectis.

4. Rectilineū æquat angulos rectis interiores quidē generatimā binario paribus, externos autem quaternis.

5. Rectilineum est triangulum aut triangulatum.

6. Triangulum est quod comprehenditur a tribus lineis rectis. 21 d. I.

*Itaq.*

1. Triangulum est prima figura rectilineorum. *Et*

2. Si recta infinita secat angulum, secat basim. Vitul. 29. t. I.

7. Trian-

7. Trianguli duo quælibet latera sunt majora reliquo. 20. p. I.

*Itaq.*

1. Sit tres rectæ sint duæ quælibet majores reliqua; peripheriaq; a terminis unius intervallis reliquarum concurrent, radii a concursu addictos terminos constituent triangulum.

*Et*

2. Si duæ aequales peripheria a terminis datae rectæ ejusque intervallo concurrent, rectæ a concursu ad dictos terminos constituent triangulum aquilaterum super datam. I. p. I.

8. Si recta in triangulo est parallela basi, secat crura proportionaliter: & contra. 2 p. 6.

9. Trianguli tres anguli sunt aequales duobus rectis. 32. p. I.

*Itaq.*

1. Trianguli duo quilibet anguli sunt minores duobus rectis. 17. p. I.

*Et*

2. Continuato latere, exterior angulus aequalis duobus interioribus oppositis. 32. p. I.

*Itaq.*

3. Est major utrolibet interiore opposito.



10. Si triangulum est æquicrurum, est in basi æquiangulum: & contra.e.5.  
Et 6.p.1. Itaq;

11. Si trianguli æqua crura continuentur,  
anguli sub basim æquabuntur. 5.p.1.  
Et

2. Si triangulum est æquilaterum, est æqui-  
iangulum: & contra.

Et

3. Angulus trianguli æquilateri valeat  
duas tertias recti.

Et

4. Triangula sex æquilatera complent lo-  
cum.

11. Trianguli majus latus subtendit ma-  
jorem angulum, & major angu-  
lus subtenditur à majore latere.  
19 Et 18.p.1.

12. Si recta in triangulo bifecat angu-  
lum, secat basim ratione crurum:  
& contra.3.p.6.

PETRI



प्रत्येक त्रिभुज की तीनों भुजाएँ बराबर हैं।

## P E T R I   R A M I G E O M E T R I A E.

### L I B E R VII.

#### D e c o m p a r a t i o n e t r i a n g u l o r u m .

1. Triangula æquilatera sunt æqui-  
angula 8.p.1.
2. Si duo triangula æquantur angulis  
vel duobus æquicruris vel binis  
æqualis aut cruris aut basis duo-  
rum, sunt æquilatera. 4. Et 26.  
p.1.
3. Triangula æquantur ternis angulis.  
Itaq;

Si bini anguli duorum triangulorum æ-  
quantur, reliqui æquantur.

4. Si triangulum triangulo æquicrurum  
est majus basi, est majus angulo:  
& contra. 25. Et 24.p.1.
5. Si triangulum triangulo in eadem  
basi est minus interioribus cru-  
ribus, est majus angulo crurum.  
21.p.1.

6. Triangula æquealta sunt ut bases: &  
contra.e.1.p.6. Itaq;  
1. In æqualibas sunt æqualia. 37. & 38.  
p.1. Et

2. Si recta à vertice trianguli bisecat basim, bisecat triangulum, & diameter est trianguli.
7. Si recta est à vertice, trianguli addatum in basi punctū non mediū, & parallela sit à medio basis in lat?, recta à vertice parallelæ in dictū punctum bisecabit triangulum.
8. Si triangula æquiangulo reciprocantur cruribus æqualis anguli, sunt æqualia: & contra. 15.p.6.
9. Si duo triangula sunt æquiangula, sunt proportionalia cruribus æqualium angulorum: & contra. 4.5.p.6. Itaqz
- Si recta in triangulo est parallela basi, defecat triangulū æquiangulum toti, & minus basi.
10. Si duo triangula sunt proportionalia cruribus æqualis anguli sunt æquiangula. 6 p.6.
11. Si cruribus proportionalia, & alterne parallela intermedium angulum faciunt, bases habent in rem continuas. 32.p.6.
12. Si habeant unum angulum æqualem, alterum cruribus proportionalem, tertium homogeneū, sunt æquiangula. 7.p.6.

PETRI


## P E T R I R A M I

G E O M E T R I A E

L I B E R V I I I .

*De Generibus triangulorum.*

1. Triangulum est rectangulum vel obliquangulum.
2. Triangulum rectangulum est quod habet unicum angulum rectum: obliquangulum quod nullum. 27.d.1. Itaqz
1. Si due perpendiculares connectantur, constituent triangulum rectangulum. Et
2. Si trianguli angulus ad basim rectus est, perpendicularis à vertice est crus alterum: & contra.
3. Si triangulum rectangulum est æquicrurum, uterq; angulus ad basim est dimidius recti: & contra. Itaqz
1. Si trianguli angulus æquatur reliquis est rectus: & contra.
2. Si recta à vertice trianguli bisecans basim est æqualis bisegmento, angulus verticis rectus est: & contra.



4. Perpendicularis in triangulo ab angulo recto in basim secat triangula similia toti & inter se. 8. p. 6.  
Et contra. Itaq;  
1. Perpendicularis est proportionalis inter segmenta basis. Et  
2. Crux utrumlibet est proportionale inter basim & basis segmentum terminum.  
3. Si basis trianguli subtendit rectum rectilineum ad eum situm, et quantum rectilineis ad crura similibus similiterque sitis. & contra. e. 31. p. 6.  
6. Triangulum obliquangulum est obtusangulum vel acutangulum.  
7. Obtusangulum quod habet unum obtusum angulum. 28. d. i.  
Itaq;  
1. Si obtusus angulus est ad basim, perpendicularis a vertice cadit extra:  
Et contra. Itaq;  
2. Si trianguli angulus sit major reliquis, est obtusus. Et contra. Itaq;  
3. Si recta a vertice trianguli bisecans basim, est minor bisegmento, angulus verticis obtusus est: Et contra.
2. Triangulum acutangulum est quod habet omnes acutos angulos. 29. d. i.  
Itaq;

1. Perpendicularis a vertice cadit intra:  
Et contra. Itaq;  
2. Si trianguli angulus sit minor reliquis,  
est acutus: Et contra. Itaq;  
3. Si recta a vertice trianguli bisecans ba-  
sim est major bisegmento, angulus  
verticis acutus est, Et contra.



## P E T R I R A M I G E O M E T R I A E L I B E R I X.

*De Geodæsiæ rectarum.*

1. **R**adius est norma crurum inæqualiūm.
2. Radii crura sunt index & transversarium.
3. Index est duplus sesquidecimus transversarii.
4. Transversarium est per indicem volubile, modō sublimius, modō humilius.
5. Si visus est ab initio cruris alterius, est per terminum reliqui, crusq; alterum est rectum metiendæ reæ, reliquum parallelum.

6. **L**ongitudo & altitudo triplicem mē-  
suram habent, primam & secun-  
dam unius distantiæ, & quidem  
data alterius dimēsione pro ter-  
tio proportionali, tertiam du-  
plicis distantiæ, qualis tantum  
est dimensio latitudinis.
7. **S**i visus sit ab initio indicis recti in  
metam longitudinis, erit ut seg-  
mentum indicis ad segmentum  
transversarii, sic mensoris altitu-  
do ad longitudinem.
8. **S**i visus sit ab initio indicis paralleli,  
erit ut segmentum transversarii  
ad segmentum indicis, sic data  
altitudo ad longitudinem.
9. **S**i visus sit ab initio transversarii pa-  
ralleli, erit ut in indice differen-  
tia majoris segmenti ad minus,  
sic differentia secundæ distantiæ  
ad longitudinem.
10. **S**i visus sit ab initio transversarii re-  
cti, erit ut segmentum transver-  
sarii ad segmentum indicis, sic  
data longitudo ad altitudinem.

*Itaq; in eversa altitudine*

*Si visus sit ab initio indicis paralleli, e-  
rit ut segmentum transversarii ad  
segmen-*

- segmentum indicis, sic data longitu-  
do ad altitudinem.
11. **S**i visus sit ab initio indicis recti, erit  
ut segmentum indicis ad segmē-  
tum transversarii, sic data longi-  
tudo ad altitudinem.

*Itaq;*

*Si visus sit ab initio indicis recti per pin-  
nas transversarii in terminos notæ  
partis, erit ut intervallum pinna-  
rum ad reliquum supereminentis  
transversarii, sic nota pars ad reli-  
quam.*

12. **S**i visus sit ab initio indicis recti, erit  
ut in indice differentia segmenti  
ad differētiā distantiæ, sic seg-  
mentum transversarii ad altitu-  
dinem.

*Itaque ē geodæsia altitudinis patet diffe-  
rentia duarum altitudinum.*

13. **S**i visus sit ab initio indicis recti per  
pinnas transversarii in terminos  
latitudinis, erit ut in indice dif-  
ferentia segmenti ad differētiā  
distantiæ, sic intervallum  
pinnarum ad latitudinem.

PETRI RAMI  
GEOMETRIÆ  
LIBER X.

## *De triangulo & parallelogrammo.*

**I.** Triangulatum est rectilineum cō-  
positum é triangulis.

1. Triangulati latera sunt binario plura triangulis. Et
  2. Triangulata homogenea secantur in triangula & qua numero.e.20.p.6.
  2. Triangulata similia secantur in triangula similia inter se & homologa rotis.e.20.p.6.
  3. Triangulatum est quadrangulum aut multangulum.
  4. Quadrangulum est quod comprehenditur a quatuor lineis rectis.  
22.d.1.
  5. Quadrangulum est parallelogrammū aut trapezium.
  6. Parallelogrammum est quadrangulum lateribus oppositis parallellum.  
Itaq;

L. Si

- I. Si rectæ eadem parte conterminent & quales & parallelas, parallelogrammum constituent.

Et

2. Parallelogrammum oppositis & lateribus & angulis & sectis diametro segmentis equatur.

Et

3. Diameter parallelogrammi bisecatur  
radiis aequalibus. Et

F. t.

4. Parallelogrammum est duplum trianguli basi & altitudine aequalis. 41.

五

5. *Æquatur triangulo aque alto, basique duplo.* c. 52. p. I. undé licet

### undé licet

6. Dato triangulo in dato angulo rectilineo parallelogrammum a quale constitueretur. 42.p.1.

7. Parallelogrammum constat e binis & diagonalibus & complementis, & gnomonibus.

8. Diagonale est particulare parallelogrammum communis anguli & diagonii cū toto parallelogrammo.

9. Diagonale est toti simile similiterque  
situm, e. 24. p. 6. & contra. Itaqz  
*Si particulare parallelogrammum est to-  
ti coangulum, & simile similiter-*

B 2

*que situm, est diagonale.* 26.p.6.

10. Complementum est particulare parallelogrammum à conterminis diagonalium lateribus comprehensum.

11. Complementa sunt æqualia. 43.p.1.

*Itaqz*

1. Si complementum alterum æquatur dato triangulo in dato angulo rectilineo, reliquum ad datam rectam comparatum, eidem pariter æquabitur. 44.p.1.

*Et*

2. Si parallelogramma cōtinenter æquentur triangulis dati triangulati in dato angulo rectilineo, totum parallelogrammum toti triangulato pariter æquabitur. 45.p.1.

*Itaqz*

Parallelogrammum suis æquatur diagonalibus & complementis.

12. Gnomus est alterum diagonale cum duobus complementis. 2.d.1.

13. Parallelogramma æquealta sunt, ut bases. 1.p.6.

*Itaqz*

Parallelogramma æquealta in equali basi sunt æqualia. 35.36.p.1.

14. Si parallelogramma æquiangula recipi-

reciprocantur cruribus æqualis anguli, sunt æqualia: & contra. 15.p.6.

*Itaqz*

1. Si quatuor rectæ sunt proportionales, parallelogrammum mediarum æquatur æquiangulo parallelogrammo extremarum. e.16.p.6. & contra.

*Et*

2. Sitres rectæ sunt proportionales, parallelogrammum media æquatur æquiangulo parallelogrammo extremarum. & contra.

PETRUS RAMI: PETRUS RAMI

P E T R I R A M I

G E O M E T R I A E

L I B E R XI.

*De Rectangulo.*

1. P Arallelogrammum est rectangulum aut obliquangulum.

2. Rectangulum est parallelogrammū quod habet omnes angulos rectos. *Itaqz*


1. Rectangulum comprehenditur à duabus rectis angulum rectum comprehendentibus. 1.d.2.

Et

2. Rectangula quatuor complent locum.
3. Si diameter bisecat latus rectanguli, recte secat: & contra.

Itaq;  
Si inscripta recte bisecat latus rectanguli  
est diameter.

4. Rectangulum æquatur rectangulis ex ipius uno latere & reliqui segmentis. 1.p.2.
5. Si quatuor rectæ sint proportionales, rectangulum medianarum æquatur rectangulo extremarum. 16. p.6. & contra.
6. Figuratus rectanguli rationalis appellatur planus rationalis. 16.d.7.



## P E T R I R A M I G E O M E T R I Æ L I B E R XII.

### *De Quadrato.*

1. Rectangulum est quadratum vel oblongum.
2. Quadratum est rectangulum æquilaterum. 30.d.1.

Itaq;

I. La-

### G E O M E T R I A.

31

1. Latera quadratorum æqualium sunt æqualia. Et
2. Potentia rectæ est quadratum. Et
3. Si duæ conterminæ perpendiculares æquales claudantur, parallelis, constituent quadratum. 4.6.p.1.
3. Planus quadrati est planus æquilaterus.

Itaq;

- Fit à numero in seipsum multiplicato.
4. Si tres rectæ sunt proportionales, quadratum mediæ æquatur rectangulo extremarum: & contra. 17.p.6. & 20.p.7.
  5. Si basis trianguli subtendit rectum, æque potest cruribus: & contra. 47. & 48.p.1.

Itaq;


1. Si quadratus imparis pro crure primo dati minuatur unitate, dimidius reliqui erit crus alterum, auctus unitate erit basis.

Et

2. Si dimidius paris pro crure primodati quadretur, quadratus minutus unitate erit crus alterum, auctus unitate erit basis.

Itaq;

B 4



3. *Diagonius potest duplum lateris, eique est asymmetra.*

6. *Si basis trianguli rectanguli secatur á perpendiculari ex angulo recto dupla ratione, potest sesquialterum majoris cruris, triplum minoris: si quadrupla, sesquiquarem majoris, quintuplum minoris. ad. 13. 15. 16. p. 13.*

7. *Si recta est secta quotlibet fariam, potest multiplex segmenti cognomine quadrato numeri sectio- nis.*

8. *Si recta est secta in duo segmēta, quadratum totius æquatur quadratis segmentorum & dupli rectangulo utriusque. 4 p. 2.*

## Itagá

Latus primi diagonalis est latus alterius  
complementi, & duplicatum est la-  
tus simul utriusque: reliquum au-  
tem latus simul utriusq; est latus  
reliqui diagonalis.

Et

*Silatus inventum duplicetur, & dupli-  
cato unitas addatur, totus erit gno-  
mo proxime majoris quadrati.*

9. Si de dimidio collectorum laterum  
dati trianguli latera sigillatim

- subducantur, latus continué facti é dimidio & reliquis erit area trianguli.

ପୁନଃପ୍ରଦୟତାକାଳେ କାହାରେ କାହାରୁ କାହାରୁ କାହାରୁ

P E T R I R A M  
G E O M E T R I A E  
L I B E R X I I I .

## *De Oblongo.*

1. **O**blongum est rectangulum inaequaliterum. 31. d. 1.
  2. Oblongum est tota & segmento aequaliter rectangulo segmentorum, & prædicti segmenti quadrato. 3. p. 2.
  3. Oblonga est tota & segmentis aequaliter est tota quadrato. 2. p. 2.
  4. Oblonga duo est tota & segmento cum tertio quadrato reliqui segmenti, aequaliter quadratis totius & prædicti segmenti. 7. p. 2.

5. Basis trianguli acutanguli minus potest cruribus duplo oblongo ex altero crure & ejus segmento a dicto angulo ad verticis perpendicularem. 13.p.2.

Itaq.


*Si quadratum basis acutianguli tollatur e quadratis crurum, reliqui dimidio per crus diviso, quotus erit segmentum dividentis a dicto angulo ad verticis perpendicularem.*

6. Si recta est bisecta secusq; oblongum inæqualium segmentorum cum quadrato intersegmenti æquatur quadrato bisegmenti. 5 p.2.

7. Si recta est bisecta & continuata, oblongum continuatae & cōtinuationis cum quadrato bisegmenti æquatur quadrato compositæ ex bisegmento & continuatione. 6.p.1.

8. Si duas datas rectas comprehendentes rectangulum, & infinitè continuatas mesographus tangens oppositum angulum angulo datarum intersecet æquidistanter a centro, intersegmenta erunt media continuè proportionalia datis.

PETRI



## P E T R I R A M I

G E O M E T R I A E

## L I B E R X I V.

*De Recta proportionaliter secta, & de reliquis quadrangulis & multangulis.*

1. **R**ecta secatur secundum medium, & extremam rationem, quando fuerit ut tota ad majus segmentum, sic majus segmentum ad minus. 3.d.6.

2. Si recta proportionaliter secta est rationalis datæ mensuræ, segmenta sunt ad eam & inter se irrationalia. e.6.p.13.

3. Si quadratum fiat e data recta, rectæ ab angulo facti ad medium contermini lateris differentia supra dimidium erit majus segmentum datæ proportionaliter sectæ. 11. p.2. & 30.p.6. Itaq.

1. Si recta proportionaliter secta continuetur majore segmento, tota secabitur proportionaliter, & majus segmentum erit data. 5.p.13.

4. Majus segmentum continuatum dimi-

dio totius potest quintuplum ejusdem dimidii: & si recta potest quintuplum sui segmenti, reliquum factum duplum prædicti secatur proportionaliter, & majoris segmentū est idem reliquum.  
1. & 2. p. 13.

3. Minus segmentum continuatum di- midio majoris potest quintuplū ejusdem dimidii. e. 3 p. 13.
6. Tota & minus segmentum possunt tri- plum majoris. e. 4. p. 13.
7. Parallelogrammum obliquangulum est rhombus aut rhomboïdes.
8. Rhombus est obliquāgulum æquila- terum. 32. d. i.
9. Rhomboïdes est obliquangulum inæ- quilaterum. 33. d. i.
10. Trapezium est quadrilaterum, non parallelogrammum. 34. d. i.
11. Multangulum est quod pluribus quā quatuor lineis rectis comprehēditur. 23. d. i.
12. Si quinquāgulum æquilaterum tri- bus angulis æquatur, est æquian- gulum. 7. p. 13.
13. Triangulata multangula ē suis item triangulis mensuram capiunt.

PETRI

NUMERUS NUMERORUM: NUMERUS NUMERORVM

# P E T R I   R A M I

## G E O M E T R I A E

### L I B E R X V.

*De Lineis circuli.*

1. Circulus est planum rotundum. e. 15. d. i.
2. Circuli sunt ut à diametris quadrata. 2. p. 12.

Itaq;

*Diametri sunt ut peripheria.*

3. Geometria circularis est in lineis aut in segmentis circuli.
4. Si recta duobus in peripheria punctis terminetur, cadet intra circulū. 2. p. 3.
5. Si à termino diametri ex eaq; radio æquante datam reclam peripheria describatur, recta à dicto termino in concursum peripheriarum inscribetur dato circulo æqualis datæ rectæ. 1. p. 4.
6. Si inscripta recta bisecat inscriptam, est diameter circuli, ejusque me- dium est centrum. 1. p. 3.

1. Si duæ rectæ duas inscriptas recte bisecent, concursus bisecantium erit centrum circuli. e. 25. p. 3. Et licet
2. Peripheriam ducere per tria puncta in rectam minime cadentia. e. 5. p. 4.
7. Si diameter bisecat adiametrum, recte secat: & contra. 3 p. 3.
8. Si adiametri intersecantur, segmenta sunt inæqualia. 4 p. 3.
9. Si duæ inscriptæ intersecantur rectangulum è segmentis unius æquatur rectangulo è segmentis reliqua. 35. p. 3.
10. Inscriptæ equidistant à centro, in quas à centro perpendiculares sunt æquales. 4 d. 3.
11. Si inscriptæ sunt æquales æquidistant à centro: & contra. 14. p. 3.
12. Inscriptarum inæqualium diameter est maxima, diametroq; propior major remotiore, remotissima minima, minimæque propior minor remotiore, binæq; utrinq; à diametro æquantur e. 15. p. 3.
13. Rectarum à diametri punto nō centro in peripheriam, q; per centrū est maxima, propiorq; maximæ est major remotiore, reliqua maxime minima, minimeq; propior

pior minor remotiore, binæq; utrinq; à maxima vel minima sole æquantur. 7. p. 3. Itaq;

Si punctum in circulo est terminus trium rectarum in peripheria æqualium, est centrum circuli. 9. p. 3.

14. Rectarum à dato extra punto in concavum peripheriæ, quæ per centrum, est maxima, propiorque maximæ est major remotiore: in convexum, tangens peripheriam est maxima, segmentum maximæ est minima; minimæq; propior minor remotiore, binæq; utrumque à maxima vel minima sola æquantur. 8. p. 3.

15. Si recta est perpendicularis extremæ diametro, tangit peripheriam: & contra. e. 16. § 19. p. 3. Itaq;

¶ 1. Si recta est per centrum & contactum, est perpendicularis tangenti. 19. p. 3. Et

2. Punctum contactus est, quo à centro perpendicularis tangentis incidit. Et

3. Tangens est singularis eadem parte. e. 16 p. 3. Et

4. Angulus contactus est minor quovis acuto rectilineo. e. 16. p. 2.

5. Anguli contactus in æqualibus peripheriis sunt æquales.

P. R A M I

40.

Si à radio ex datæ peripheriæ centro ad datū extra punctū peripheria describatur, & à concursu data, radiiq; radio ipsi perpendicularis in descriptam connectatur cum dicto centro, rectā dato puncto in concursum datæ & connectētis tanget datam peripheriam.

17 p.3.

17. Si è duabus rectis à dato extra punto prima secat in concavum, reliqua tangit, oblongum è secante & exteriore secantis segmento æquatur quadrato tangentis: & si oblongum tale æquatur quadrato reliqua, reliqua ipsa tangit. 36. § 37. p.3.

Itaq;

1. Tangentes ab eodem punto sunt æquales duas. Et

2. Oblonga è qualibet ex eodem punto secante & secantis exteriore segmento æquantur inter se. Et

3. Datis duabus rectis licet alteri continuare tertiam, ut oblongum ex continuatione & quæetur quadrato reliqua. Vitell. 127. p.1.


18. Si peripheriæ sunt interlectæ vel cōtiguæ

G E O M E T R I A.

41

tiguæ sunt eccentricæ: illæque duobus tantum punctis intersectantur, hæ diametros per contum continuant. 5. 6. 10. 11. 12. p.3.

19. Si inscriptæ circulis æqualibus sunt æquales, secant peripherias æquales: & contra. 28. 29. p.3.



P E T R I R A M I

G E O M E T R I A E

L I B E R . X V I .

*De Circuli segmentis.*

1. Segmentum circuli est quod comprehenditur extrinsecus à peripheria, intus à recta.
2. Segmentum circuli est sector aut sectio.
3. Sector est segmentum intus comprehensum à recta duplice faciente angulum in centro, qui angulus in centro, dicitur: ut peripheria dicitur basis sectoris. 9 d.3.
4. Angulus in peripheria est angulus comprehensus à duab' rectis inscriptis,



& in peripheria conterminis. 3.  
d.3.

5. Angulus in centro duplus est anguli in  
peripheria in eadem periphe-  
riam insistentis. 20.p.3.

*Itaq̄*

*Si angulus in peripheria aquatur angu-  
lo in cētro, est duplus basi. & cōtra.*

6. Anguli in centro peripheriae circu-  
lorum æqualium sunt ut peri-  
pheriæ in quas insistunt: & con-  
tra.e.33.p.6.26.27.p.3. *Itaq̄*

*Vt sectio ad sectorem, sic angulus ad an-  
gulum.*

7. Sectio est segmentum circuli intus  
comprehēsum ab una recta, quæ  
basis sectionis dicitur.

8. Sectio absolvitur invento centro.

9. Peripheria sectionis bisecatur per-  
pendiculari bisecante basim. 30.  
p.3.

10. Angulus in sectione est angulus com-  
prehensus à duabus rectis con-  
terminis basi & in peripheria cō-  
terminis. 7.d.3.

11. Anguli in eadem sectione sunt æqua-  
les. 21.p.3.

12. Anguli in oppositis sectionibus æ-  
quantur duobus rectis. 22.p.3.

13. Si

13. Si sectiones capiunt angulos æqua-  
les, sunt similes. e.10.d.3.

14. Si sectiones similes sunt in æquali  
basi, sunt æquales. 23. & 24.p.3.

15. Angulus sectionis est, qui compre-  
henditur à terminis sectionis. 7.  
d.3.

16. Sectio est semicirculus aut inæqua-  
lis semicirculo.

17. Semicirculus est sectio dimidia cir-  
culi.

*Itaq̄*  
*Semicirculus comprehenditur à semipe-  
riphelia & diametro. 18.d.1.*

18. Angulus in semicirculo rectus est, se-  
micirculi minor recto rectilineo  
major quovis acuto: in majore  
sectione est minor recto, majo-  
ris major, in minore major, mi-  
noris minor.e.31. & 16 p.3.

*Itaq̄*

1. Si duae rectæ diametro circuli contermi-  
nae conterminentur in peripheria,  
faciunt angulum rectum.

*Et*

2. Si recta infinita secetur à peripheria  
externi centri in punctis dato &  
contingente, & diameter sit à con-

tingente, recta à dato puncto conne-  
ctens diametrum erit perpendicularis super infinitam.

Et

3. Si recta à dato puncto faciens acutum angulum cum infinita, fiat diameter peripheria secantis infinitam, recta à dicto puncto connectens segmentum erit perpendicularis super infinitam.

Et

4. Si duarum rectarum major fiat diameter circuli, minorq; majori contermina & inscripta connectatur, major plus poterit, quam minor, quadrato connectentis. ad. 13 p. 10.

19. Si recta continua e duabus rectis fiat diameter circuli, perpendicularis à puncto continuationis in peripheria erit proportionalis inter datas. 13 p. 6.

20. Anguli in oppositis sectionibus æquantur alternis angulis secantis & contiguæ. 32 p. 3.

Itaq;

1. Si ad terminum data recta æquatur angulus rectilineus dato, & ab æquati vertice perpendicularis reliquo lateri concurrat cum perpendiculari à medio data, concurrat erit centrum

trum circuli per æquatum angulum descripti, in cuius opposita sectione super datam angulus aquabitur dato. e. 33 p. 3.

2. Si angulus secantis & contigua aqueatur dato angulo rectilineo, angulus in opposita sectione eidem paritet aquabitur. 34. p. 3.

PETRI RAMI

G E O M E T R I A  
L I B E R XVII.

*De adscriptione circuli & trianguli.*

1. **S**i rectilineum inscriptum circulo est æquilaterum, est æquiangularum.

2. Äquatur triangulo, basis quidē perimetro æqualis, altitudinis autem perpendiculari à centro in latus.

3. Rectilinea similia circulis adscripta, sunt ut à diametris quadrata. 1.

p. 12. Itaq;

*S*i sit ut diameter circuli ad latus recti-

linei adscripti, sic diameter secundi circuli ad latus secundi rectilinei adscripti, triangulaque adscriptorum singularia similia similiterq; sita, rectilinea adscripta erunt similia similiterq; sita.

4. Si duæ rectæ bisecent duos angulos dati rectilinei, circulus radii ab earū concursum in latus perpendicularis inscribetur dato rectilineo. 4. § 8. p. 4.

5. Si duæ rectæ recte bisecent duo latera dati rectilinei, circulus radii ab earum concursum in angulum circumscribetur dato rectilineo. 5. p. 4.

6. Si duæ inscriptæ à contactu rectæ & peripheriæ æquent duos utrinq; angulos duobus angulis dati trianguli, connexæ inscribent triangulum dato circulo æquiangulum dato triangulo. e. 2 p. 4.

7. Si duo anguli in centro dati circuli æquentur ad commune latus exteriorib<sup>o</sup> angulis dati trianguli, rectæ tangentes peripheriam in cruribus angulorum circumscribent triangulum dato circulo æquiangulum dato triangulo. 3. p. 4.

Itaú

## Sitri.

Si triangulum est rectangulum, obtusangulum, acutangulum, centrum circumscripti circuli est in latere, extra latera, intra latera: & contra. cōfect. est s. p. 4.

ಕರ್ನಾಟಕ ಸಾಹಿತ್ಯದಲ್ಲಿ ಪ್ರಸಾರಿಸಿದ ಪ್ರಥಮ ಗಣಿತ ಗ್ರಹ:  
**P E T R I R A M I**  
**GEOMETRIÆ**  
**L I B E R X V I I I.**

## *De Adscriptione triangulati.*

1. **S**i rectæ tangant peripheriam in angulis inscripti triangulati ordinati, circumscribent triangulum circulo homogeneum inscripto triangulato.
  2. Si diametri recte intersecantur, substantia recto erit latus inscripti quadrati. e. 6.p.4. Itaq;  
*Quadratum inscriptum est dimidium circumscripti.* Et  
*Est majus dimidio circumscripti circuli.*
  3. Si recta secetur proportionaliter, trianguli crurum sectæ æqualium, basis majori segmento æqualis, uterq; angulus ad basim erit duplus reliqui, & basis erit latus

quinquanguli in circulum cum triangulo inscripti. 10. & 11. p. 4.

4. Si duæ rectæ subtendunt duos deinceps angulos inscripti quinquanguli, secantur proportionaliter, & majora segmenta sunt latera inscripti. e. 18. p. 13.

*Itaq;*

Si data recta secta proportionaliter continuatur utrumque majore segmento, sexq; peripheria & radio data & concurrant, binæ utrumque à terminis datae & continuatae, duæ reliqua ab eorum concurso, rectæ per concursus & terminos, datae constituent super datam quinquangulum ordinatum.

5. Si diameter circuli quinquangulo circumscripsi est rationalis, est irrationalis ad latus inscripti quinquanguli. e. 11. p. 13.

6. Radius circuli est latus inscripti sexanguli. e. 15. p. 4.

*Itaq;*

1. Sexangula tria ordinata complent locum. Et

2. Si rectæ ab uno inscripti sexanguli angulo in tertium utrumque angulum connectantur, inscribent triangulum equilaterum dato circulo.

7. Latus

7. Latus inscripti trianguli æquilateri potest triplum circularis radii. 12. p. 13.

8. Si latus sexanguli secetur proportionaliter, majus segmentum erit latus decanguli: & contra.

*Itaq;*

Si decangulum & sexangulum, inscribantur eidem circulo, rectæ è latere utriusq; continuata secabitur proportionaliter, & majus segmentum erit latus sexanguli: & si majus segmentum rectæ proportionaliter secet & est latus sexanguli, reliquum erit latus decanguli. 9. p. 13.

9. Si decangulum, sexangulum, quinquangulum inscribantur eidem circulo, latus quinquanguli potest latera reliquorum: & si recta potest latera sexanguli & decanguli, est latus quinquanguli. 10. p. 13.

10. Si triangulum & quinquangulum inscribantur eidem circulo ad idem punctum, recta inscripta inter utriusque basim dicto punto oppositam erit latus inscripti quindecanguli. 16. p. 4.

11. Si quinquangulum & sexangulum in-

C

scribantur eidem circulo ad idem  
punctum, peripheria inter utrius-  
que latera erit pars tricesima to-  
tius peripheriae.

P E T R I R A M I  
G E O M E T R I A E  
L I B E R X I X.

*De Geodesia multanguli ordinati & circuli.*

i. Planus è perpendiculari à centro in latus & dimidio perimetri, est area multanguli ordinati.

2. Peripheria est tripla diametri & fere  
sesquiseptima. Itaq.

**I.** Planus è radio & peripheria dimidio  
est area circuli. Et

2. Ut 14 ad 11, sic quadratum diametri  
ad circulum.

3. Planus è radio & peripheria quadrante est area semicirculi.

4. Planus è radio & basis dimidio est area  
sectoris. Et

5. Si triangulum é duobus radiis & basi majoris sectionis addatur duobus in ea

## GEOMETRIA.

**G E O M E T R I A.**      51  
in ea sectoribus: totum erit area se-  
ctionis majoris: si detrahatur suo  
sectori reliquum erit area minoris.

6. Circulus è planis isoperimetris in-a-  
qualibus est maximus.

P E T R I R A M I  
G E O M E T R I A E

I B E R X X.

### *De Superficie gibba.*

i. **G**ibbū est superficies quæ inæqua-  
liter intra suos terminos interja-  
cet.

2. Gibbum est sphæricum aut varium.

3. Sphæricum est gibbum æquidistans à centro comprehensi spatii.

Itagé

*Fit conversione semiperipheria manente  
diametro e. 14. d. 11.*

4. Maxima in sphærico peripheria est  
quæ sphericum bisecat. Itaq;


*Peripheria propior maxima est major remotiore, & utrinq; aequidistantes à maxima duæ sunt aequales.*

5. Planus est maxima peripheria & ejus  
diametro est sphaericum.

G 3

1. Planus é maximo circulo & est sphæricum. *Itaq;*  
 2. Ut 7 ad 22, sic quadratum diametri ad sphæricum. *Et*  
 3. Planus é maxima peripheria & radio est hemisphæricum.  
 6. Si quota pars est radii, perpendicularis á centro ad basim sectionis majoris, tanta augeatur hemisphæricum, totum erit sphærii major sectio: si tāta minuatur, reliquum erit minor.  
 7. Varium est gibbum, cuius basis est peripheria, latus recta á termino verticis in terminum basis.  
 8. Varium est conicum aut cylindraceum.  
 9. Conicum est quod á subjecta peripheria æqualiter fastigiatur ad verticem. *Itaq;*  
*Fit conversione lateris circa subjectam peripheriam.*  
 10. Planus é latere & dimidio basis est conicum.  
 11. Cylindraceum est quod á subjecta peripheria ad sublimem æqualem & parallelam peripheriam æqualiter erigitur. *Itaq;*  
*Fit eom*

- Fit conversione lateris circa duas peripherias æquales & parallelas.  
 12. Planus é sua basi & altitudine est cylindraceum.



## P E T R I R A M I

G E O M E T R I A E

L I B E R X X I.

*De Lineis & Superficiebus in Solido.*

1. Corpus est lineatum latum & altum. *i.d. II.*  
 2. Terminus solidi est superficies. *2. d. II.*  
 3. Si recta est rectis in subjecto plano intersectis perpendicularis in communi sectione, est perpendicularis subjecto piano: &, si est perpendicularis piano, est rectis in subjecto piano intersectis perpendicularis in communi sectione. *e. 3. d. & 4. p. II.*  
 4. Si tres rectæ intersectæ sunt eidem rectæ perpendiculares in communi sectione, sunt in eodem piano. *5. p. 12.*  
 5. Si duæ rectæ sunt perpendicularis sub-

## P. R A M I

- jecto plano, sunt parallelæ, & si parallelarum altera est perpendicolaris subjecto plano, reliqua est eidē perpendicularis. 6.8 p. II.
6. Si rectæ in diversis planis sunt ad eamdem rectam parallelæ, sunt inter se parallelæ. 9 p. II.
  7. Si duæ rectæ sunt perpendicularares, prima à sublimi punto in rectam subjectam, secunda à communis sectione in subjecto plano, tertia à dicto punto perpendicularis secundæ erit perpendicularis subjecto plano. e. II p. II.
  8. Si recta à dato subjecti plani punto fit parallelæ rectæ ad idem planum perpendiculari, erit etiam perpendicularis subjecto plano.  
*ex 12. p. II.*
  9. Si recta in altero intersectoru' planorum perpendicularis communis sectione est perpendicularis reliquo, plana sunt perpendiculararia, & si plana sunt perpendiculararia, recta in altero perpendicularis communis sectione est perpendicularis reliquo. e. 4. d. & 3. 8. p. II.
  10. Si recta est perpendicularis plano, omnia per eam plana, sunt eidē perpendicularia.

## G E O M E T R I A.

55

pēdicularia: & si duo plana intersecta sunt alicui plano perpendicolaria, cōmuni sectio est eidem perpendicularis. e. 18. & 19 p. II.

11. Planæ sunt parallela quæ nūquā annuunt 8 d. II. *Et*

1 Quæ communi perpendicularo dividuntur. 14 p. II.

2. Si binæ rectæ in ipsis conterminæ, sunt parallela. 15. p. II.

12. Si duo plana parallela secantur plano, communes sectiones sunt parallelae. 16. p. II.



## P E T R I R A M I

## G E O M E T R I A E

## L I B E R XXII.

## De Pyramide.

1. **A** Xis solidi est diameter circa quam convertitur. e. 15. 19. 22. d. II.
2. Solidum rectum est cuius axis est perpendicularis centro basis.
3. Si solida comprehenduntur à superficie homogeneis equalib' multitudine & magnitudine, sunt aequalia. 10. d. II.

56

## P. R A M I

4. Si solidā comprehenduntur à superficiebus multitudine æqualibus & similibus, sunt similia. 9. d. 11.
5. Solidā similia habent triplicatam rationem homologorum laterum & duo media proportionalia. 33. p. 11. 8. p. 12.
6. Solidū est planū vel gibbum.
7. Planū, quod comprehenditūt à superficiebus planis.
8. Anguli plani comprehendentes angulum solidū sunt minores quatuor rectis. 21. p. 11.
9. Si tres anguli plani minores quatuor rectis comprehendant angulum solidū, duo quilibet sunt majores reliquo: & si duo quilibet sunt majores reliquo, comprehendent angulum solidū. 20. & 23. p. 11.
10. Solidū planū est pyramis aut pyramidatum.
11. Pyramis est solidū planū à basi rectilinea æqualiter fastigiatum.

Itaq;

1. Pyramidis hedræ sunt una plures angulis in basi. Et
2. Pyramis est prima figura solidarum.

Itaq;

3. Pyra-

## G E O M E T R I A.

57

3. Pyramides æquialtae sunt ut bases. 5. e. & 6. p. 12. Et
4. Reciprocae basi & altitudine sunt æquales. 9. p. 12.
11. Tetraedrum est pyramis ordinata à quatuor triangulis comprehensa. 26. d. 11. Itaq;
1. Tetraedri latera sunt sex, anguli plani duodecim, solidi quatuor. Et
2. Tetraedra duodecim compleat locum solidū. Et
3. Si quatuor triangula ordinata & æqualia solidis angulis componantur, comprehendent tetraedrum.

13. Si recta potens sesquialterum ad latutus trianguli æquilateri secetur dupla ratione, duplum segmentum perpendiculare trianguli centro, connexum cum ejus angulis cōprehēdet tetraedrum. e. 13. p. 13.

ଦୁଃଖିନାମରତ୍ନକାଳୀନାମରତ୍ନକାଳୀନ

## P E T R I R A M I

## G E O M E T R I A E

## L I B E R X X I I I .

De Prismate.

1. Pyramidatum est solidū planū è pyramidibus compositum,

C 5

2. Pyramidatum est prisma aut polyedrū mistum.

3. Prisma est pyramidatū, cuius duo opposita plana sunt æqualia, similia, parallela similiter sita: reliqua parallelogramma. 13. d. 11.

*Itaq<sub>z</sub>*  
Hedrae prismatis sunt binario plures angulis in basi.

4. Planus ē basi & altitudine est soliditas recti prismatis.

5. Prisma est triplum pyramidis basi & altitudine æqualis. e. 7. p. 12.

*Itaq<sub>z</sub>*  
1. Planus ē sua basi & triente altitudinis est soliditas pyramidis basi & altitudine æqualis. Et

2. Prismata homogenea æquealta sunt ut bases. 29. 30. 31. 32. p. II.

Et

3. Si reciprocantur basi & altitudine, sunt æqualia. 34. p. II. Et

4. Si prisma secatur plano oppositis hedris parallelo, segmenta sunt ut bases. 25. p. II.

6. Prisma est pentaedrum aut ē pentaedris compositum.

7. Si pentaedra alterum basis triangulē, alterum parallelogrammæ ad trian-

triangulum duplæ sunt æquealata, sunt æqualia. 40. p. II.

8. Prisma ē pentaedris compositum est hexaedrum aut polyedrū. Hexaedrum est quod sex hedris quadrangulis continetur; estque parallelepipedum aut trapezium.

9. Parallelepipedum est cuius opposita plana sunt parallelogramma. 24. p. II. *Itaq<sub>z</sub>*

1. Bisecatur plano per diagonios oppositorum laterum, 28. p. II. Et


2. Si bisecatur duobus planis bisectibus opposita latera communis bisectionis & diagonius, inter se bisectantur. 39. p. II.

10. Si tres recte sunt proportionales, parallelopipedum media æquatur æquangulo parallelopipedo omnium. e. 36. p. II.

11. Parallelepipedata rectangula octo complent locum solidum.

12. Figuratus parallelepipedo rectanguli appellatur solidus, factus à tribus numeris. 17. d. 11. *Itaq<sub>z</sub>*

2. Si duo solidi sunt similes, habent proportionalia latera & duos medios proportionales. 21. d. 7. 19. 21. p. 8.



P E T R I R A M I  
G E O M E T R I A E  
L I B E R X X I V.

*De Cubo.*

1. PArallelepipedum rectangulum est cubus aut oblongum.
2. Cubus est rectangulum isoedrum. 25.  
*d. 11. Itaq<sub>3</sub>*
1. Cubilatera sunt duodecim, anguli plani vigintiquatuor, solidi octo.  
*Itaq<sub>3</sub>*
2. Si sex quadrata & equalia solidis angulis componantur, comprehendent cubum. *Et*
3. Si è quadrati angulis perpendicularares lateribus & quales sublime connectantur, comprehendent cubum. *e. 15 p. II.*
3. Diagonius cubi potest triplū lateris.
4. Si quatuor rectarum continué proportionalium prima sit dimidia quartæ, cubus primæ erit dimidius ad cubum secundæ. *e. 33 p. II.*
5. Solidus cubi etiam cubus dicitur, solidus nempe æqualium laterum.  
*19. d. 7. Itaq<sub>3</sub>*


*Fit à*

*Fit à numero in suum quadratum multiplicato.*

6. Sirecta secat in duo segmenta, cibus totius æquabitur cubis segmentorum & duplice solido ter comprehenso à quadrato sui segmenti & reliquo segmento.

*Itaq<sub>3</sub>*

*Latus primi cubi singularis est alterum latus secundi solidi, ejusdemq<sub>3</sub> lateris quadratus est alterū latus primi solidi, cuius reliquū latus est latus secundi cubi, ejusdemq<sub>3</sub> reliqui lateris quadratus est reliquum latus secundi solidi.*



P E T R I R A M I  
G E O M E T R I A E  
L I B E R X X V.

*De Polyedris mistis ordinatis.*

1. Polyedrum mistum ordinatum est pyramidatum compositum è pyramidibus vertice coeuntibus in centro, & sola basi ordinata eminentibus.
2. Altitudo componentis pyramidis habetur per radium circuli bassi,

## P. R A M I

circumscripsi, perque polyedri semidiagonion.

3. Mistum ordinatum est triangulæ basis aut quinquangulæ.

4. Si quadratus ē latere triangulæ basis trifariam dividatur, latus trien-  
tis erit radius circuli basi circum-  
scripti.

5. Mistum ordinatum triangulæ basis est octaedrum aut icosaedrum.

6. Octaedrum est polyedrum mistū or-  
dinatum, quod ab octo triangu-  
lis comprehenditur. 27.d.ii.

Itaq.

1. Octaedri latera sunt 12, anguli plani  
24, solidi 6. Et

2. Octaedra novem complent locum soli-  
dum. Et

3. Si triangula octo æquilatera & equalia  
solidis angulis componantur, com-  
prehendent octaedrum.

7. Si recta ē centro quadrati utrinque  
perpendicularis equalis semidia-  
gonio connectatur cum angu-  
lis, comprehendet octaedrum.

14.p.13. Itaq.

1. Diagonius octaedri potest duplum la-  
teris. Et

2. Si quadratum à latere octaedri dupli-  
cetur,

## G E O M E T R I A.

cetur, duplicati latus erit diagonus.

8. Icosaedrum est polyedrū mistum or-  
dinatum à viginti triangulis cō-  
prehensum. 29.d.ii. Itaq.

1. Icosaedri latera sunt 30, anguli plani  
60, solidi, 12. Et

2. Si viginti triangula ordinata &  
equalia solidis angulis componātur,  
comprehendent icosaedrum.

9. Si ordinata quinquangulū duplex &  
decangulum unum eidem circulo  
sic inscribantur, ut latus utriusq;  
quinquanguli subtendat duo la-  
tera decanguli, sex rectæ circulo  
perpendiculares & radio ejus æ-  
quales quinq; ab angulis alterius  
quinquaguli cōnexæ & inter se, &  
cū angulis reliqui quinquanguli,  
sexta à centro utrinq; continuata  
latere decanguli, & connexa illic  
cum quinque perpendicularibus,  
hic cum angulis secundi quin-  
quanguli comprehendent icosa-  
drum. e.16.p.13.

10. Diagonius icosaedri est irrationalis  
ad latus. 16.p.13. Et

11. Potest quintuplum circularis radii. 11.  
ē consecut. 16.p.13.

12. Polyedrum mixtum ordinatum quin-  
quangulae basis est quod a duo-  
decim quinquagulis compre-  
henditur, & dodecaedrum dici-  
tur.

1. Dodecaedri latera sunt 30. anguli plani  
60. solidi 20. Et

2. Si duodecim quinquangula ordinata  
et equalia solidis angulis componantur,  
comprehendent dodecaedrum.

13. Si cubi latera rectis recte bisecantur, ternaq; bisegmenta bisecantiū in conterminis planis neq; concurrentium neq; parallelarum, duo unius tertium reliquæ vicinum proportionaliter ita secentur, ut minora segmenta bisecantem terminet, ternæ extra cubum dictis planis perpendicularares à proportionalium sectionum punctis, æquales majoribus segmentis cōnexæ duæ ex eadem bisecante inter se & cum vicinis cubi angulis, tertia cum angulis eisdem comprehendent dodecaedrum.

17.p.13.

14. Diagonius est irrationalis ad latus  
dodecaedri.

73. Si latus cubi secetur proportionaliter, ma-

ter, majus segmentum erit latus  
dodecaedri *conf.* 17 *p.* 13.

16. Solida plana tantum quinque sunt ordinata. e. 18. p. 13.

P E T R I R A M I  
G E O M E T R I A E  
L I B E R X X V I .

## *De Sphæra.*

1. Solidum gibbum est quod comprehenditur a superficie gibba.
2. Estq; sphæra aut varium.
3. Sphæra est gibbum rotundum.

Ita.  
Sphera fit conversione semicirculi manente diametro. 14. d. 11.

4. Maximus sphæræ circulus est , qui  
sphæram bisecat. Itaq;

**I.** *Circulus proprius maximo major est remotiore. Et*

2. *Æquidistantes à maximo sunt aquales.*

5. Planus è diametro & sextante sphæri-  
ci est sphæra. Itaq;

1. Ut 21, ad 11, sic cubus diametri ad spharam Et

2. Planus è radio & sextante sphæricie est hemisphærium.
6. Sphæræ habent triplicatam rationem diametrorum. 18. p. 12.
7. Quinq; corpora ordinata inscribuntur eidem sphæræ cōversione semicirculi habētis pro diametro in tetraedro rectam potentem sesquialterum ad latus terraedri, in quatuor ordinatis reliquis ordinati ipsius diagonum.
8. Eratione axis sphærici latera tetraedri, cubi, octaedri, dodecaedri deprehenduntur. e. 18 p. 13.
9. Si recta æqualis axi sphærico, ei que à termino perpendicularis connectatur ad centrum, recta à sectione periphæriæ ad dictum terminum erit latus icosaedri. e. 18. p. 13.
10. Exordinatis quin p; corporibus eidē sphæræ inscriptis tetraedrū lateris magnitudine est primum, octaedrum secundum, cubus tertium, icosaedrum quartum, dodecaedrum quintum. e. 18. p. 13.

PETRI

• शुद्धपूर्वकानुनामध्ये शुद्धपूर्वकानु-

## P E T R I   R A M I

## G E O M E T R I A E

## L I B E R   X X V I I .

*De Cono & Cylindro.*

1. Solidum varium est quod comprehenditur à superficie varia & basi circulari.
2. Si varia habent axes diametris basium proportionales, sunt similia. 24. d. 11.

3. Varium est conus aut cylindrus.

4. Conus est quod à conico & basi comprehenditur. 4. d. 1. *Apollon.*

Itaq;  
1. Fit conversione trianguli rectanguli manente altero crure circa rectum.

Et  
2. Conus est rectangulus, si crus manens est aquale converso, obtusangulus si minus, acutangulus si majus. e. 18. d. 11.

Itaq;  
3. Conus prima figura est variarum.

Et  
4. Coni aequali sunt ut bases. 11. p. 12.  
Et

5. Reciproci basi & altitudine sunt aequales. 15. p. 12.  
 5. Cylindrus est quod à cylindraceo & oppositis basibus comprehenditur.

*Itaq;*

*Fit conversione parallelogrammi rectangularis manente altero latere. 21. d. II.*

6. Planus è basi & altitudine est soliditas cylindri.  
 7. Cylindrus est triplus coni basi & altitudine aequalis. 10. p. 12.  
 8. Planus è cylindri basi & triente altitudinis est soliditas coni basi & altitudine aequalis.

*Itaq;*


2. Cylindri aequali sunt ut bases. II.  
 p. 12.  
 3. Reciproci basi atq; altitudine sunt aequales. 15. p. 12.  
 4. Si cylindrus secatur plano basibus oppositus parallelo, segmenta sunt ut axes.  
 13. p. 12.  
 8. Sector sphæræ est segmentum sphæræ, quod foris à sphærico, intus à conico in cētrum terminato comprehenditur, major concavo, minor convexo.


9. Pla-

9. Planus è diametro & sextante majoris vel minoris sphærici est sector major vel minor.  
 10. Si major sector augeatur intermedio cono, totus erit major sectio: si minor minuatur, reliquus erit minor sectio.



F I N I S.





PETRI RAMI  
VEROMANDUL.

PROFESSORIS

Regii

GEOMETRIA<sup>E</sup>  
LIBRI XXVII.

Ad CL<sup>SS</sup>.

ADRIANVM ROMANVM

Mathematicorum ocellum.



HANOVIA<sup>E</sup>

Apud Guilielmum Antonium,

M D C I V.



VEGET